

Gu. C. F. Wendhausen


**De latine graece eleganter scribendi loquendique facultate scholarum magistris
expetenda commentatio**

Güstrow: Gedruckt bei H.H.L. Ebert's Erben, 1835

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1043474994>

Druck Freier  Zugang







Handwritten signature

R 45

D 33



Handwritten text, possibly a date or title, in brown ink, including the year 1828.

Handwritten text in brown ink, appearing to be a list or index.

5
1
2
3

8.
1.
2.
3.
Be
fch

E i n l a d u n g
z u d e n
Schulfeierlichkeiten

am 10. April 1835.

Vormittags 10 Uhr.

Nachdem das Sangerchor den Anfang mit Gesang gemacht, folgen nach einander:

- 1) Erste mathematische Classe. Dr. Vermehren.
 - 2) Rede des Abiturienten Spalding aus Gustrow: *Quibus ex fontibus patriae amor apud antiquiores populos effluxerit.*
 - 3) Zweite griechische Classe. Procr.
 - 4) Rede des Abiturienten Hirsch aus Peterow: *La prevoyance de notre destinee nous feroit-elle du bien?*
 - 5) Dritte lateinische Classe. Collab. 1.
 - 6) Rede des Abiturienten Prahl aus Gustrow: Ursachen des tausendjahrigen Schlammers der wissenschaftlichen Cultur wahrend des Mittelalters vom Jahre 500—1500 nach Christo.
 - 7) Rede des Abiturienten Spangenberg aus Gustrow: *Fleurs et esperances en parallele.*
 - 8) Entlassung der Abiturienten. Rector.
-

N a c h m i t t a g s 3 U h r .

- 1) Zweite Relig. Classe. Sertus.
- 2) Erste naturhist. Classe. Quintus.
- 3) Dritte geogr. Classe. Collab. 2.
- 4) Sechste lat. Classe. Cand. Muller.

Besser.

4

Güstrow'sche Schulchriften.

Zweites Stück.

De latine et graece eleganter scribendi loquendi-
que facultate scholarum magistris expetenda
commentatio.

Scripsit

Gu. C. F. Wendhausen,
Gymnasii Prorektor.

Womit

zu der am 28. September
anzustellenden

Prüfung der Jugend
alle

Gönner und Freunde unserer Schule
mit gebührender Achtung einladet

Dr. Joh. Friedr. Besser,
Prof. und Rector der Domschule.

Güstrow, 1835.

Gedruckt bei H. S. L. Ebert's Erben.

H. S. L. Ebert

Geometrie
Lehrbuch

Zweite Auflage

Die Lehre von den geraden Winkeln, geraden
und schiefen Dreiecken, Vierecken, Parallelogrammen
und Trapezen.

Verlag

Dr. G. H. W. Wundt
Gymnasial-Professor

1851

in der Buchhandlung

von

W. Neumann, Neudamm

1851

Verlag von Neumann, Neudamm

und Buchhandlung

Dr. G. H. W. Wundt

Prof. am Gymnasium zu Neudamm

Neudamm, 1851

Verlag von Neumann, Neudamm

Quamquam de re scholastica, qualis sit, quibus laboret
vitiis, quibus auxiliis iuari possit, quum omni fere,
tum vel nostra aetate, tam accurate tamque copiose dis-
putatum est, ut prorsus nova afferri posse non facile
quisquam existimet: tamen, quum et verissime dicta non
semper videantur audita satis, ideoque de integro eadem
dicere non liceat solum, sed etiam necesse sit; praesertim,
quum iis, quae alii dixere, suapte quisque ratione dicendo,
suisque argumentis adiuvando, et formam et vim sperare pos-
sit, se novam quodammodo additurum, multorum vocibus et
meam admiscere, non est cur verear. Si non rei ipsius vul-
neribus et morbis, id quod simul et ex aliis pendet, at
dolori saltem, qui adspectum subsequitur, proprio, haud
scio an omnes possint medicinam afferre a cogitatione sua
consilioque petitam. Dolorem vero, quem e contemplan-
da re scholastica suscipiat oportet, quicumque velit toto
pectore cogitare, quam multum in erudienda iuven-
tute consumatur temporis, et quam exiguus plerum-
que, percipiatur fructus, eum facere non possum,
quin propius ad me, et ipsum scholastico munere fungen-

tem, accedere sentiam. Nam externis multis, quae ludis literarum obsistere possunt, etiam hanc scholam, in qua docendi mihi delata est provincia, non leviter vexatam video; errores vero, quibus ipsi magistri non rara impedimenta afferunt, a me quam minime alienos puto. At estne quidquam omnino desiderandum? Est profecto! Nam qui tales e literarum ludis, quales debent, prodeunt, nonne eos aut naturae indole, aut singulari quadam industria excellere vides? longe plurimos contra, et eos quoque, qui nec ad intelligendum hebetes, nec ignavi et desides dici possunt, si in integrum velis iudicium vocare, nonne inferiores utique reperies? Quum autem disciplina, qua instituuntur iuvenes, qualis sit, metiri debeas, non ex eruditione et scientia eorum, qui aut ingenio eminent aut assiduitate, quippe qui sua magis, quam aliena vi ducantur, sed eorum potius, qui in utramque partem mediocres auxilio indigent, nonne hoc intuens disciplinam ipsam haud integram esse fateberis? Quodsi quis forte dixerit, ita ferre naturam rei, eum, ut et recte dixisse videatur, demonstrare oportebit, ne semel quidem ulla disciplina factum esse, ut iuvenis, per se in neutram partem excellens, incrementa ceperit in utramque et bene processerit in literarum studiis. Imbecillitatis praeterea summae est, ex ipsa imbecillitate quasi promptum atque paratum capere solatium.

Sequitur ut quaeamus, quid sit potissimum, quod desideretur in re scholastica? Vitiis omnium, quibus tenetur, duo mihi videntur gravissima. Unum, quod est externum, quodque attingam tantummodo, in numero adinventorum et virium versatur, quibus instructi sunt literarum ludi; alterum, quod est internum, in eorum, qui erudiendae inventutis munus habent, doctrinae docendique ratione. —

Ex superiore vitio sequitur, ut, quae scholae magistri praestare iubentur, et quibus ad praestandum, quae iussi sunt, extrinsecus iuvantur, ea inter se omnino non congruant, sed impar quam maxime et dissidens utriusque ratio sit. Huius autem incommodi, quod nemo non sentit, quam magnum et quanto detrimento sit, culpam sustinent, qui summae rerum praesunt. Attamen aetatis nostrae principes, ut artes literasque, tanquam fundamenta et ornamenta civitatum, a quibus salus non solum, sed etiam splendor proficiscatur omnis, studiosissime et ipsi amplectuntur, et summa adiuvant liberalitate atque magnificentia, ita optime de iis quoque mereri, quae ad informandam excolendamque iuventutem pertinent, quis est, qui non videat! Qui huc usque in mutando emendandoque tautam posuere operam, ut brevi tempore, quae admirationem habent, effecerint, eosdem in posterum quoque facturos, ut divinum quoddam opus, quoad fieri possit humanis viribus, ad summum evehant perfectionis fastigium, quis est, qui non audeat sperare!

Sed iam de altero vitiorum genere dicendum est, quod pertinet ad ipsam docendi rationem. Huius vitii, quoad non sequitur illud superius, tenentur, ut apparet, omni culpa, qui docendi in scholis munere funguntur; idque ea praesertim ex causa, quod ipsorum doctrina, etsi per se nequaquam vituperanda, non raro tamen abhorret a scholastici muneris natura. Quam quidem materiam cogitatione amplectens, liceret vellem plura, quam licet, dicere. Sed paucae sunt, quae notas patiuntur, pagellae, ideoque necesse ex toto ambitu disciplinarum, quibus iuvenes institui solent, eligere singulam quandam. De doctae igitur antiquitatis studio, et de optima ratione, qua iis mihi tractandum videtur, qui Latinas Graecasque literas in scholis tradendi vel expetunt provinciam vel tenent expetitam,

in medium proferre conaber, quae licebit mihi, etiam hoc argumentum significare potius, quam disserere coacto. —

Quae erunt mihi disserenda, ad hoc fere redeunt: Qui antiquas literas in scholis tradendi provinciam expetunt, ii maximum sibi proponant id, ut Latino Graecoque sermone eleganter uti sciant tum in scribendo tum in loquendo.

Omnis de hac causa triplex erit disputatio; unum genus, quod positum est in refellendis iis, quae contra fortasse dicentur; alterum, quod versatur in significanda via, qua acquiri possit illa utriusque linguae facultas; tertium, quod pertinet ad demonstranda, quae acquisitam hanc facultatem sequantur in erudienda iuventute commoda.

Primum dicenti mihi, doctrinam praeceptorum, etsi per se nequaquam vituperandam, non raro tamen abhorre a scholastici muneris natura, unde sequitur, ut alia quaedam doctrinae eorum forma ratioque desideretur, hoc igitur dicenti mihi occurrere video, qui quaestionem proponant, fierine possit, ut doctrina atque eruditio, quae in una eademque disciplina, verbi causa in philologia, quam vocant, versetur, non sit una et eadem, sed aliis alia? fierine ergo possit, ut, qualiscumque sit, disciplina, quippe quae unum et totum aliquod efficiat, in partes distrahatur? Sed semper factum est fiatque necesse est. Omnes enim disciplinae, quas hominum mens amplectitur, dicantur oportet unum et totum aliquod efficere, quum unum et idem sit, a quo proficiscuntur et ad quod redeunt omnes, verum dico. Huc referendum est, quod legimus apud Schillerum nostrum: *Es giebt nur eine Wahrheit*, et quod exstat apud Ciceronem: omnes artes literaeque, quae ad humanitatem pertinent, (pertinent autem omnes) habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione quadam inter se continentur.

Quod enim vel theologiam, vel philosophiam, vel philologiam, vel historiam appellare consuevimus, arctissimum quasi foedus consociat. Attamen, qui cognoscere studet, quis deus sit, quae rerum natura, quae antiquarum literarum indoles, quis priscae aetatis adspectus, is aliud sequens aliam quandam in his omnibus operam ponit ponatque necesse est. Ut vero disciplinae, quae antiquis temporibus, contracto magis literarum ambitu, unius quasi regni speciem referebant, paulatim in singulas quasdam abierunt provincias; ita, quae hodie iisdem finibus comprehensae videntur, si latius, ut nunc quidem fit, promoventur ipsi fines, etiam has magis magisque dividi necesse est. Vastioris enim regionis imperium non tenet, nisi splendidum ingenium. Qui ea sunt naturae indole, qua solent esse plurimi, ii laudem non possunt nisi eo mereri, ut singulas totius regni provincias sub potestatem suam redigere nitantur. Accedit, quod omnibus, quorum interest in studiis bene versari, praeter eam eruditionem, quam in aliquo literarum genere peculiarem sequuntur, etiam universa quaedam intelligentia quaerenda est, quo fit, ut contrahi oporteat earum literarum ambitum, ad quas propius accedere in animo est. Haec omnia, quae diximus, si ad ullam disciplinam, praeter omnibus sane ad philologiam pertinere, persuasum omnes habebunt.

Sed interrogabunt iidem, quanam esse possint singulae hujus disciplinae provinciae? Esse mihi duae videntur; una eorum, qui in academiis, altera eorum, qui in scholis antiquas literas tradunt. Illis etiam alia, quoad poterunt, sequentibus, tamen id videndum erit maxime, ut nulla non adhibita doctrinae ope, tum lucem afferant obscuris, tum nova investigent; hi, ut iam dictum, id sibi proponant maximum, ut proficiscentes ab iis, quae

manifesta sunt atque constant, et Graece et Latine sciant eleganter scribere et loqui.

Quibus e causis academicis doctoribus ea, quam diximus, designanda sit provincia, id disputatione omnino non eget, et, si egeret, non esset huius loci; quod autem scholae magistri versari iubentur in comparando illo utriusque sermonis usu, haud dubie reperientur, qui et hic opponant plura. — Mirabuntur nonnulli, etiam Graece scribendi loquendique facultatem ab iis postulari, quibus antiquae literae in scholis tradendae sunt; cui bono? interrogabunt. Interrogare hos ipsos licebit: quid tandem sequimur Latini sermonis ediscentes usum? quem habere gaudent, qui habent. Eequid ediscimus ad vitae societatem? Sed necesse non est, neque fieri solet. An ad res civiles vel ecclesiasticas administrandas? Sed ab hac priorum temporum perversitate iamdudum recessimus. An ad libros Latine conscribendos? Sed ad manum est vernacula lingua, eaque aptissima. An idcirco denique, ut per occasionem possimus peregrinas voces effundere? Sed ostentationis ratio nulla est. Sane nihil aliud volumus illam facultatem expetentes, nisi ut ipsas literas Latinas accuratius possimus et ipsi cognoscere et cognoscendas tradere aliis. Idem velle cur non liceat in ediscendis Graecis literis? — Sed non deerunt, qui utriusque linguae, certe Graecae, scientiam eam, ex qua bene scribendi loquendique proficiscatur facultas, comparari omnino non posse existiment. Magna quidem res est, concedimus; sed minoris negotii videbitur cogitanti haec fere. Facultas illa, etsi latius patentem iucundam quidem et optabilem invenerit quisque, tamen satis iuvabit, si eas modo res amplectens, quae ad doctrinam pertinent, in disputandi genere versabitur, omisso sermone communi. Deinde, si in linguarum institutione ita, ut

neesse est et nos quidem volumus, a principio id agatur, ut exercitatio illa scribendi loquendique praeparetur, omnes profecto, qui conferunt sese ad artium scholasticarum studium, iam partem aliquam faciendi operis in scholis ipsis occupaverint. Tum sperare licet, mox omnium civitatum eam futuram esse conditionem formamque, ut, qui scholastico muneri se dicent, eosdem simul et sacris literis operam dare, neesse non sit in posterum. Denique probe reputandum, si omnem scribendi loquendique elegantiam, quippe quae paucis obtingat, aliquando non simus assecuti, nos etiam tum habituros esse operae pretium. Nam irrita est animi contentio nulla. — Exsistent quoque, qui philologiae studiis ita tractandis, ut omissis, quae academicis doctoribus vindicata sint, scribendi sola loquendique expetatur facultas, inesse levitatem quandam contendant, ab accurata doctrina alienissimam. Illi quidem in memoriam reducant, quae supra diximus de artium literarumque omnium tum coniunctione, quae ipsarum, tum disiunctione, quae humanae mentis sequatur naturam; meminerint quoque, quae alibi memorata sunt de facultatis illius elegantia quadam, quam consequi certe non licebit nisi antiquarum literarum accurata et subtili tractatione.

Deinceps, ut erat propositum, de optima via, qua ad bene scribendum loquendumque perveniamus, significentur quaedam. Placet dicere, primum, quid fugiendum sit, deinde quid agendum. Nihil autem facultatem illam sequentibus magis fugiendum est, quam ea antiquarum literarum tractatio, quam academicis doctoribus vindicandam putavimus, quae, ut exempla afferam, versatur in altioris critices studio, in conferendis libris manuscriptis, in scrutandis scriptoribus haud integrae aetatisque, quae horum sunt similia. Haec omnia ut locum

habent in academiis, ita abhorrent a scholis. — Non minus alienae ab iis sunt disceptationes istae literariae, e quibus non pauci sunt, qui summam capiant voluptatem. Quae enim ut rem ancipitem in certamine plerumque relinquunt, ita temporis comedunt quam plurimum, studiorum integritatem inquinant, suspensum tenent animum distractumque a proposito. — Quot horae diesque disperduntur et in eiusmodi rebus perscrutandis, quae adeo per se sunt nullius momenti, ut, quamvis belle ceciderit, tamen nemini prosit exploratio! Verum quid dicam de erroribus eorum, qui in librorum notitia et lectionis copia glorientes, religioni sibi habent perlegere, quaecumque scripta sint vel scribantur de antiquis scriptoribus, qui siti quadam literaria cruciatiprehendunt, rapiunt hauriuntque, qualescunque sunt et interpretationes et disputationes et dissertationes et recensiones et commentarios et catalogos et quidquid aliud descendit sive decidit Parnasso? Nonne, qui ita agunt, eorum referunt mores, qui ad hominem quendam cognoscendum, compellant obvium quemque: heus! narra, qualis est iste homo? et discedunt contenti, si responsa tulerunt, a primo: vir egregius est, ab altero: abeat in malam crucem, a tertio: neminem laedit. Ut hi industrii percontatores, quid sentiat vulgus de homine, non qualis sit homo, cognoscunt, nonne ita et lectores illi benevoli multorum de antiquis scriptoribus iudicia audiunt, quid ipsi scriptores dicant, ignari? Nonne abundantia rerum, quae vel repugnant inter se, vel levitate laborant, obruendo memoriam, ab accuratae doctrinae studiis et cogitandi intentione recedunt? Quantum in dies crescit librorum conseribendorum pruritus, tanto maiori cum diligentia scriptorum habendus est dilectus.

Haec omnia fugiendo quod nanciscimur otii, neque exiguum profecto, in his fere rebus ponendum est.

Pro multis multorum, qui de antiquis literis disputarunt, scripturis legendi sunt libri eorum, qui in humanitatis studiis regnant. Nam qualia sint Romanorum Graecorumque splendida ingenia, id non edisces ab iis, qui scripta illorum vel pingui Minerva, vel brachio attingerunt levissimo, sed ab iis solis, qui ingenii felicitate et ipsi florentes cogitationes curasque omnes in antiquitatis studia contulerunt. Excelsiora adire non datum est, nisi qui ipsi sint excelsioris animi. In eorum igitur, quos dixi, libris quam plurimum et quam diligentissime versandum; ducibus his, qui sede veluti ac domicilio in antiqui orbis recessibus collocato, periti sunt itinerum omnium, vel in forum Romanum delati, vel in porticus Atheniensium, illic Ciceronem dicentem, hic disputantem audiemus Socratem. — Sed ne hi quidem ubique et semper adhibendi sunt comites. Ope eorum in rectam viam deducti, eorumque ingeniis et studiis incensi etiam soli debemus, quo animus fert, procedere. Ipsi enim antiqui sunt, ad quos pervenire volumus; ad hos igitur ipsos, monstrata via, accedendum, cum his vivendum, in horum cogitationibus quasi habitandum, horum societate otiose ac libere gaudendum est. Invitant scripta eorum, vocant carmina; quot sunt nostrum, qui non audiant invitantium dulces sonos! Quot sunt eorum libri, quos ne semel quidem perlegimus, qui novam tamen afferant quotidie legentibus voluptatem! Quot etiam, quos perlegimus quidem, sed omisimus semel perlectos! Si autem diligentem lectionem adhibeamus oportet ad bene percipienda eorum scripta, qui eodem, quo nos, sermone utuntur, quanto magis fiat necesse est ad penetrandum in cogitationes eorum, qui

tantopere distant a nobis non sermone solum, sed etiam aetate, ingenio, moribus? Adnitendum est qualiacunque petentibus, nec declinandum in tramites, sed standum in via. Veterum sermonis affectantibus elegantiam legendi sunt veterum libri quam plurimum, quam diligentissime. Legendo comparatur non solum vocabulorum copia et intelligendi facilitas, sed percipitur etiam singularum vocum vis atque indoles, et omnis illa orationis struendae peculiaris ratio, quae non verius quam pulchrius dici solet color ille Latinus vel Graecus. Vehementer peccamus hanc in partem.

Non minus etiam propriis viribus nitendum est in explorandis scrutandisque illis, quae ad grammaticam tum vulgarem tum altiorem pertinent. Nam ut penitus capiamus antiqui sermonis indolem, non acquiescendum est in grammaticorum praeceptis, sed penetrandum ad causas rationesque legum, quas exhibet ipsa lingua. In hoc quaestionum campo vagari licet scholarum magistris. —

Quid dicam de eo studiorum genere, quo nulli major vis est, de scribendi exercitatione? Quantum legendo quis perceperit, id scribendi periculis factis comperit habebit. Legentes intuemur, quae adsunt, scribentes in memoriam revocemus, quae affuerunt, necesse est; legentes accipimus, scribentes accepta non reddimus solum, sed etiam bene reddere docemur; legentes ducem sequimur, scribentes apud nos sumus; scribentes non singulas quasdam vel voces vel regulas, sed totius linguae universitatem obversantem habemus animo. Quid plura? Si ulli exercitationi, scribendi certe operae pretium est. Sed mirabile dictu, quam negligentes simus in hoc studiorum genere. Emensi cursum scholasticum etiam scribendi cursum plerumque emensi sumus; exinde non discimus, sed docemus scribendi artem. Quod si vere dica-

tur de Latina lingua, quanto verius de Graeca dici potest? Atque ita agentes qui contendimus, expeditiorem quendam utriusque sermonis usum acquiri omnino non posse? Scribendum est. —

Sed dicendi facilitatem, quam ratione consequemur? Dicendi exercitatione, cuius occasio se offeret quarentibus. Nec obliviscendum, quod monet Cicero in Bruto: nulla res tantum proficit ad dicendum, quam scriptio.

Quot denique, qui ita, ut volumus, utramque linguam callet, et quantas afferat ad inventutem erudiendam virtutes, id extremum est ut disseram, sed paucissimis quidem, iam temporis inclusus et chartae angustiis. — Si rerum intueris primum, quae grammatico in scholis docendae sunt, copiam atque ambitum, nihil erit profecto, quod desideres in nostro. Res vero omnes ad duas redeunt: tradere debet discipulis universum utriusque linguae thesaurum et traditi usum monstrare. Alterum genus pertinet ad institutionem grammaticae, alterum ad scribendi loquendique exercitationem. Qualis erit ille in ambabus his provinciis, qui leges omnes, quibus antiquae linguae continentur, et diligenti lectione, et assiduo scribendi usu, et rationum, quibus ipsae leges nitantur, subtili cognitione, ita proprias sibi suasque fecerit, ut totam grammaticam, vel vulgarem vel altiozem, in potestate teneat? Fierine possit, ut latus ullum ostendat nudum, ut discipulorum interrogationes non apte sciat dissolvere omnes, ut elementorum denique, a quibus accurata quaevis proficiscitur eruditio, non plena omnino atque integra sit, quam tradit suis, copia? Res in speciem facilima, sed tam ardua profecto, ut perfici non possit, nisi ab eo, qui, quae vel nesciat omnino, vel ex parte sciat, scribendi usu et consuetudine perspexerit. Scribenti nudantur, quibus laboret, vitia. — Non minus ille et alteras

partes tuebitur. Nam scribendi loquendique exercitationes, quas paulo licentius omittunt nonnulli, in illius schola non desiderabuntur, qui ipse est utriusque artis exercitissimus. — Omissa contra inveneris, quae abhorrent a puerili institutione. Non audies eum discipulorum aures captationibus dialecticis obtundentem; non audies argute disputantem de criticorum praeceptis, de lectionum copia et varietate, de locis corruptis eorumque medelis omnibus, vel bonis vel malis, vel suis vel alienis; has subtilitates omnes effugiet facillime, tum ipse ingressus studiorum aliam viam, itaque consuetudinem veluti ducem habens, tum experientia doctus, quae constanter et enixe sequenda sint, ut bene agantur fundamenta doctrinae.

Sed ea non est unica praeceptoris illius praestantia, ut afferat doceatque, quae necessaria et utilia, omittat contemnatque, quae superflua et damnosa sunt: imo vero modus ipse, quo docentur omnia, quo admoventur iuveni ingenio, haec summa illius est et tanquam peculiaris virtus. Quid tantum proficit ad inventum bene erudientem, quam dilucida rerum et perspicua expositio? Quae autem quanta erit in illo? Qui assidua opera in legendum scribendumque collata, omnium legum, quae ad linguas pertinent, non ambitum modo, sed etiam nexum cognovit, neque cognovit solum, verum etiam in promptu habet; cui tanta in explanandis regulis occurrit exemplorum copia, ut omnium captui aptissima quaeque singulis singula adhibere possit, quantum lucis afferet ille grammaticorum praeceptis omnibus! Qui diu noctuque cum Romanis Graecisque versando tam familiarem cum iis consuetudinem iunxit, ut non singulos quolibet tempore explicandos locos, sed libri summam et conditoris ingenium amplectatur animo, quam plena redundabit ex illius ore, quam sana, quam facilis scriptorum interpretatio! Qui a teneris se

contulit ad scribendi loquendique studium, qui duces sequendo optimos quosque, et nulla non contemnendo impedimenta ac pericula, qui ita non potuit, quin victor aliquis evaserit, quantum in illo erit, quo tirones adiuvet, auxilii, quantum ad intelligendum perspicuitatis, quantum ad imitandum incitamenti! Ut eorum, qui haerentes in singulis locis et perpetuo fere disputantes audientium animos quasi pondere verborum opprimunt, docendi genus lentum, frigidum, mortuum est; ita erudiendi ratio illius, qui Romanorum Graecorumque linguas veluti ab inferis revocat ad os viventium, felici quodam et laeto vigore plena erit.

Ex huiusmodi eruditione quantum commodi percipiet juvenus! Quanto intentius exercebuntur ingenii vires, quanto fortius ad cogitandum incitati erunt ipsi, quanto maiorem poterunt temporis partem, in linguarum studiis celerius procedentes, ad alias conferre disciplinas! — Longum est enumerare omnia.

Vellem artis illius, de qua dixi quamque sentio in me, si unquam, certe hodie exiguam, non laudator solum isque mediocris esse; attamen et laudasse iuvabit, dummodo rei laude dignissimae, si non alieno, at meo animo desiderium admoverim fortius. —

Schulnachrichten.

1. Das Lehrercollegium

besteht unverändert wie im vorigen Jahre aus:

dem Rector Dr. J. Fr. Besser,

dem Domprediger Dr. H. Vermehren, als interimistischem Conrector mit 12 Lehrstunden wöchentlich,

dem Prorector W. C. F. Wendhausen,

dem Quartus A. Francke, dessen Stelle bei seiner fortwährenden Abwesenheit durch den Herrn Candidat Müller verwaltet wird,

dem Quintus J. C. H. Krückmann,

dem Sertus J. Fr. Prahl,

dem Ersten Collaborator Dr. H. Raspe,

dem Zweiten Collaborator F. Matthäi, und

dem Schreib- und Rechenmeister Herrn Delschläger.

2. Frequenz der Schule.

Im Anfang des Wintersemesters d. J. 1834 waren: in Prima 25 Schüler, und unter denselben 18 Auswärtige; in Secunda 17, A. 5; in Tertia 31, A. 10; in der technolog. Classe 40, A. 5; in Quarta 33, A. 1.; in Quinta 42, A. 9; in Sexta 38, A. 3. Summa 226, (die größte Zahl seit wenigstens 50 Jahren), mit 51 auswärtigen Schülern.

Das Sommersemester im J. 1835 begann: in Prima mit 19 Schülern, A. 14; in Secunda mit 21, A. 8; in Tertia mit 28, A. 10; in der technolog. Classe mit 41, A. 4; in Quarta mit 35, A. 1; Quinta mit 40, A. 3; in Sexta mit 26, A. 2. Summa 210, mit 42 Auswärtigen.

3. Abiturienten.

Mit dem Zeugniß der Reise verließen nach überstandener Prüfung die Schule und gingen zur Akademie über:

Ostern d. J. 1835:

- 1) C. Spalding aus Güstrow.
- 2) F. P. J. G. Spangenberg a. G.
- 3) C. J. H. Prahl a. G.
- 4) M. Hirsch a. Teterow.

Michaelis d. J.:

- 5) J. F. H. Th. Raabe a. Waren.
- 6) L. Krasemann a. Tessin.

Von denen Nro. 3 und 5. Theologie, Nro. 1., 2., 6.
die Rechte, Nro. 4. Arzneikunde studiren werden.

4. Unsrer Bibliothek und Naturalien- sammlung

bescheinigt mit unserem verbindlichsten Danke den Empfang
folgender Geschenke:

vom Herrn Bobzien, Erbherrn auf Karcheek: Core Reisen
durch Polen, Rußland, Schweden u. Dänemark. 2. Bde.

— — Stud. Med. Jacoby — Daniel: Shakespeare
Dramatic Works (in 1 B.); de Paw Recherches
philosophiques sur les Grecs. 2 Tomes.

— — Candidat Müller: Zahn und Klog neue Jahrb. für
Philol. und Pädag. Jahr 2. B. 5. 6. — Allg. Kir-
chenzeit. Jahr 1832.

— — Stud. Jur. C. Spalding: Plinii Epp. ed. Gessner
Horat. ed. Bersmann.

— — Stud. Jur. Fedor Spangenberg: Pütter, deut. Reichs-
gesch. — Francken's Stiftungen v. Knapp u. Niemeyer.

— — Viederkrone. — Spalding, von der Einigkeit in der
Religion. — Luthers Geist an die protest. Fürsten. —
Ein Manuscript enth. Gesch. v. Rostock seit 1410, von
Jo. Huber. — Sophoclis Oedipus Rex ed. Erfurd.

— — Dswald, von Sintenis.

— — Ungleiches von dem Gymnastasten Aug. Hagemeister:
Dmeara Verhältnisse auf St. Helena unter H. Lowe. —
Toreno hist. Uebersicht der Staatsveränderungen Spa-

niens von 1808. — Hist. u. phil. Skizze der Entdeckg-
u. Niederlassg. d. Eur. in N. u. W. Indien am Ende
d. 18. Jahrh. N. d. E. — Will, Vorlesungen über die
Kantische Philos.

An Naturalien haben wir mit Dank in Empfang ge-
nommen

von den Gymnasiasten

C. Spalding, einige Conchylien;

C. Evers, ein Wespenueft;

C. Schröder, ein Hornissenest;

Ed. Duvrier, ein fossiles Hirschgeweih.

5. Lectiönsplan.

Zur Erspärung des Raums und der Kosten, (wir haben beide zu berücksichtigen), bemerke ich in Beziehung auf das im nächsten Wintersemester zu befolgende Lectiönsystem, daß dasselbe im Wesentlichen seit dem vorigen Programm keine Veränderung erfahren wird; ausgenommen daß in den obern Classen, namentlich zunächst in Prima Lat. in den 4 ersten Wochenstunden täglich von 9 — 10 als prosaischer Hauptschriftsteller von dem Rector wird gelesen werden Cicero de off.; desgleichen in Prima Graeca in den 4 Stunden Nachmittags von 3 — 4 vom Herrn Dr. Vermehren Platonis Dialogi; so wie in Secunda Lat. 6 Stunden wöchentlich von 9—10 Cic. Oratt. Catil. vom Herrn Pror. Wendhausen, und in derselben Classe 2 Stunden von 8 — 9 vom Herrn Prahl statt der Metamorph. Zimmermanns lat. Anthologie. In der zweiten griechischen Classe wird H. Pror. W. Nachmitt. von 3 — 4, 4 Stunden Xenophont. Cyropaed. erklären. — Auch muß ich bemerken, daß wir aus guten Gründen bewogen worden, statt der griechischen Grammatik von Buttman, die von Ross einzuführen, und für jetzt den Anfang damit in der 4ten und 3ten gr. Classe zu machen, worauf in den folgenden Semestern resp. die 2. und 1. Classe folgen werden.

6. Turnplatz.

Seit Johannis d. J. sind wir endlich auch so glücklich, zum Behuf gymnastischer Uebungen einen Turnplatz zu besitzen. Schon vor vielen Jahren würde ein Anfang mit dieser Art von Unterricht gemacht worden seyn, wenn sich nicht mancherlei Schwierigkeiten und Hindernisse dabei gezeigt hätten, deren Erörterung übrigens hieher nicht gehört. Unter günstigeren Umständen als die früheren waren, wurde ich endlich veranlaßt, Einen Verehrlichen Magistrat, als Compatron der Schule, um die Anweisung eines passenden Locals für diesen Zweck und um einige Unterstützung zur Einrichtung desselben gehorsamst zu ersuchen. Die Art, wie das Verehrliche Compatronat diese Bitte aufgenommen und befriedigt, und die Umsicht und Liberalität, womit der zu diesem Zweck beauftragte Herr Senator Bönnies, der unserer Schule schon bei vielen Gelegenheiten seine Gewogenheit und Theilnahme bewiesen, sich dieses Auftrags entledigt hat, verdient unsere lauteste Anerkennung und Dankbarkeit. Wir haben demnach jetzt die Befriedigung, unsere Jugend unter gehöriger Aufsicht und Anleitung, (durch welche insbesondere aus unserem Collegio Herr Prahl sich Verdienste erworben), neben dem Geiste auch den Körper zu der nöthigen Kraft und Gewandtheit ausbilden zu sehen, indem zugleich auch manche andere weniger löbliche Zerstreuungen, welche die Langeweile und der Leichtsinn an freien Nachmittagen heran zog, dadurch sind beseitiget worden. Daneben macht es uns große Freude, daß unser Publicum an dieser Sache viel Antheil beweist und die Zahl der Besuchenden aus jedem Stande bedeutend ist. Wir können daher nur herzlich wünschen, daß diese Anstalt sich immerfort von Seiten der Eltern wie der Schüler, einer gleich günstigen Stimmung erfreuen möge, damit der heilsame, in seinen Folgen gar nicht zu berechnende Zweck auch dieses Theils der Schulbildung auf das Vollkommenste erreicht werde.

7. Schulprüfung am 28. September.

Vormittags 10 Uhr.

1) Zweite Religionscl. Sertus.

Rede des Abit. Krafemann: über den Einfluß der Sittlichkeit auf die wissenschaftlichen Fortschritte eines studirenden Jünglings.

2) Erste lat. Cl. Rector.

Rede d. Ab. Raabe: Quibus ex causis excellentium virorum dignitas a posteris accuratius quam ab aequalibus dijudicetur.

3) Zweite mathem. Cl. Prorector.

4) Erste griech. Cl. Dr. Vermehren.

5) Entlassung der Abiturienten. Rector.

Nachmittags 3 Uhr.

1) Vierte Religi. Cl. Cand. Müller.

Declam. Rönneberg (III.): Die Bürgerschaft, v. Schiller. —
L. Clement (III.): Jesus der Knabe, von Krummacher.

2) Technolog. Cl. Quintus.

Declamatoren: C. Holsten (IV.): Columbus, von Luise
Brachmann.

H. Nadel (IV.): Zell, v. Lavater.

3) Erste Rechencl. Rechenmeister.

4) Dritte griech. Cl. 1ster Collab.

5) Fünfte lat. Cl. 2ter Collab.

L. J. P. P. P.



Schulprüfung am 28. September.

Vormittags 10 Uhr.

Religionscl. Sertus.

Abit. Krafemann: über den Einfluß der Sitten auf die wissenschaftlichen Fortschritte eines jungen Jünglings.

Cl. Rector.

Ab. Raabe: Quibus ex causis excellentium a dignitas a posteris accuratius quam ab his dijudicetur.

them. Cl. Prorector.

h. Cl. Dr. Vermehren.

der Abiturienten. Rector.

Nachmittags 3 Uhr.

g. Cl. Cand. Müller.

Sinnberg (III.): Die Bürgerschaft, v. Schiller. —

(III.): Jesus der Knabe, von Krummacher.

Cl. Quintus.

ren: C. Holsten (IV.): Columbus, von Luise Brachmann.

H. Radel (IV.): Tell, v. Lavater.

incl. Rechenmeister.

h. Cl. 1ster Collab.

Cl. 2ter Collab.

...

...

...

...

...

...

...

...

...


...

...

...

...

...



J. P. J.

P. J. J.